32. Civitates quibus servierunt filii tui, punientur: et quæ accepit filios tuos.

33. Sicut enim gavisus est in tuâ ruinâ, et lætata est in casu tuo, sic contristabitur in suâ desolatione.

34. Et amputabitur exultatio multitudinis ejus, et gaudium ejus erit in luctum.

35. Ignis enim superveniet ei ab Æterno in longiturnis diebus, et habitabitur à demoniis in multitudine temporis.

nombreux, à cause des péchés de mes enfans: parce qu'ils se sont détournés de la loi de Dieu.

13. Ils n'ont point connu ses justes ordonnances. Ils n'ont point marché dans les voies des commandemens de Dieu, et ils n'ont point conduit leurs pas avec justice dans les sentiers de la vérité.

14. Que ceux qui demeurent autour de Sion viennent maintenant, et qu'ils considèrent la captivité de mes fils et de mes filles, où l'Éternel les a réduits.

15. Car il a fait venir contre eux une nation des pays les plus reculés, des gens méchans, et d'une langue inconnue:

16. Qui n'ont été touchés ni de respect pour les vieillards, ni de compassion pour ceux qui étaient dans l'âge le plus tendre; qui ont arraché à la veuve ce qui lui était le plus cher, et qui l'ont comblée de tristesse, après lui avoir ravi ses enfans.

17. Pour moi, quel secours puis-je vous donner?

18. Car c'est celui-là même qui a fait venir ces maux sur vous, qui vous délivrera des mains de vos ennemis.

19. Marchez, mes fils, marchez. Et pour moi, je demurerai toute seule.

20. J'ai quitté tous les vêtemens des jours heureux; je me suis revêtu d'un sac de suppliante, et je crierais au Très-Haut tous les jours de ma vie.

21. Mes enfans, avec bon courage; criez vers le Seigneur, et il vous délivrera de la main des princes qui sont vos ennemis.

22. Car j'espérerais toujours votre salut; et celui qui est saint m'inspire de la joie dans la vue de la miséricorde que notre Sauveur éternel répandra sur vous.

23. Je vous ai vu emmener dans les pleurs et dans les soupis, mais le Seigneur vous ramènera à moi avec une satisfaction et une joie qui durera éternellement.

24. Car, comme les provinces voisines de Sion ont vu la captivité où Dieu vous avait réduits, aussi elles verront bientôt le salut que Dieu vous enverra, qui vous comblera d'une grande gloire et d'un éclat éternel.

25. Mes enfans, souffrez avec patience la colère qui est tombée sur vous; votre ennemi vous a persécutés; mais vous verrez bientôt sa ruine, et vous foulerez sa tête sous vos pieds.

26. Mes enfans les plus tendres ont marché dans des chemins après; ils ont été amenés comme un troupeau exposé en proie à ses ennemis.

27. Mais ayez bon courage, mes enfans; criez au Seigneur, car celui qui vous conduit se souviendra de vous.

28. Votre esprit vous a portés à vous égarer, en vous détournant de Dieu; mais en retournant à lui de nouveau, vous vous porterez avec dix fois plus d'ardeur à le rechercher.

29. Car celui qui a fait tomber ces maux sur vous vous comblera lui-même d'une éternelle joie, en vous sauvant.

30. Prenez courage, ô Jérusalem! car c'est celui-là même qui vous a donné un nom qui vous y exhor-te.

31. Les méchans qui vous ont tourmentés périront; et ceux qui ont fait leur joie de votre ruine seront punis.

32. Malheur aux villes où vos enfans ont été esclaves; malheur à celle qui a reçu vos enfans.

33. Car, comme elle s'est réjouie dans votre ruine, comme elle a été ravie de votre chute, ainsi elle sera percée de douleur dans les maux qui la désolent.

34. Les cris de ses réjouissances publiques seront étouffés, et les larmes succéderont à sa joie.

35. L'Éternel fera tomber le feu sur elle dans la suite des siècles; et elle deviendra, durant un long temps, la demeure des démons.



56. Circumspice, Jerusalem, ad orientem, et vide jucunditatem à Deo tibi venientem.

57. Ecce enim veniunt filii tui, quos dimisisti dispersos: veniunt collecti ab oriente usque ad occidentem, in verbo Sancti gaudentes in honorem Dei.

COMMENTARIA.

BADVELLUS.

VERS. 1.—LEX IN ÆTERNUM DURATURA. Græc.: *Lex existens in æternum*, id est, permanens in perpetuum. Hæc enim æternitas soli verbo Dei tribuitur, cætera omnia ut fluxa et caduca intereunt. Psalm. 119, 96: *Omnia consummationis finem vidi, præceptum verò tuum valde est latum.*

VERS. 4.—QUE PLACENT DEO, PUEBUNT NOBIS, etc. Græc.: *Placita (aut grata) Deo, nobis nota sunt: aut cognita.* Est enim cognitio voluntatis divine summa felicitas et vita æterna.

VERS. 5.—MONUMENTUM ISRAEL, etc. Græc.: *Memorie Israel*, id est, cuius incoluntate ac salute memoria conservatur, alioqui funditus interiret. Nisi enim Dominus ex tanta multitudine reliquias aliquas salvos esse voluisset, inquit Isaias 1, 9: *Sicut Sodoma et Gomorra facti fuissimus.*

VERS. 6.—NON ESTIS VENUDATI, etc.; Græc.: *Venditū estis Genibus non in eritium: aut interitum.* Jes. 50, 1: *Ecce propter iniquitates vestras vendidisti te, propter transgressiones vestras dimissa est mater vestra.* Causam justam ostendit calamitatis eorum, culpam et contumaciam adversus Dominum susceptam, Deique misericordiam eos hæc castigacione ad salutem revocantis. Sunt huiusmodi flagella, quasi salutaria quedam remedia.

VERS. 7.—EXACERBASTIS ENIM, etc., Græc.: *Ad iram (aut indignationem) provocastis.* Hæc sumpta sunt ex Cantico Moysi deut. 32, 15, ubi ita Moses queritur de populo, quod dereliquit Deum factorem (aut creatorem) suum (sive qui ipsum fecit), eumque suis abominacionibus ad iracundiam concitavit. DEMONIUS SACRIFICANTES. Græc.: *Immolantes demoniis, et non Deo.* Eadem sunt apud Mosem, deut. 32, 17: *Sacrificaverunt demonibus, et non Deo.* Eadem sunt etiam 2 Reg. 17, 12, nisi quod idola abominanda fœditissimaque nominat quibus Israélite inservierunt.

VERS. 8.—ET JERUSALEM QUÆ VOS, etc., Græc.: *Contristatis eam quæ vos aluit, Jerusalem.* Scriptura comparat Ecclesiam matri nutrici, in cuius utero concipitur, et sinu gremioque alimur et fovemur. Itaque propheta institutum conquestionem augeat ab Ecclesiæ orbitate, ac morore quem ex filiorum suorum miseram captivitatem cepit. Isaias 54, 1, hoc in loco multum immoratur ut Ecclesiam viduam et suis filiis orbata consoletur.

VERS. 9.—AUDITE, FINITIME SION, etc.; Græc.: *Audite, confines, (aut vicina civitates et urbes) ipsi Sion.* Est enim prospopiea, quæ Ecclesia Jerosolymitana de sua orbitate conquerens inducit. Est autem genus orationis *Επεισόδιαι* vel *ἐπισημειώσεις* ad plium dolorem populo commovendum accommodatum.

56. Jérusalem, regardez vers l'Orient, et considérez la joie que Dieu vous envoie.

57. Voici vos enfants que vous aviez vus sortir, pour être dispersés en plusieurs endroits, qui reviennent tous ensemble à la parole du saint, depuis l'Orient jusqu'à l'Occident, et, pleins de joie, ils rendent gloire à Dieu.

VERS. 10.—IN QUAM ÆTERNUS EOS, etc., Græc.: *Quam induxit eis Æternus.* Deus enim iudex vindicæ eorum impietatis, eos in acerbissimam servitutem induxit, eosque justâ et meritâ pœnâ affecit. Hæc calamitatis causa ad augendum dolorem plurimum valet.

VERS. 11.—QUOS ENIM NUTRIVI, etc. Hæc antithesis, id est, *contentio atque oppositio contrariorum*, ad magnitudinem doloris demonstrandam magnam vim habet. Locus est *ἐπισημειώσεις*; in conquestionibus plurimum usitatus.

VERS. 12.—NEMO INSULTET MIHI, etc.; Græc.: *Nihil gaudet de me viduâ.* Forma orationis est *ἐπισημειώσεις*, ad miserationem accommodata, in quâ voluptatem hominum malevolorum suæ calamitatis insultantium deprecatur atque aversatur. QUONIAM DESOLATA SUM, etc. *Αὐτολεηλία* cause reddito ad præcedentem *ἐπισημειώσεις* commodè adjuncta. Quo loco præcipuum sui morosis causam esse dicit filiorum suorum contumaciam, qui à Deo deserunt, aut à lege ejus declinant.

VERS. 14.—FINITIME SION, etc.; Græc.: *Veniant confines Sion, et memoræ captivitatem.* Heterosis est persone Hebraeis usitata, sicut enallage numeri. Est autem *ἐπισημειώσεις*, quæ appellat et hortatur vicina civitates ad deplorandam calamitatem suam. Forma orationis superiori contraria.

VERS. 15.—ADDUXIT ENIM IN EOS, etc. LOCUS iste sumptus est ex deut. 28, 49: *Et excitabit Dominus in te gentem è longinquo, quæ involabit ut aquila, gentem cujus linguam tu non capies, gentem impudentem facie, quæ faciem senis non revertebitur, nec miserebitur adolescentis.* GENTEM IMPUDENTEM, etc., *gentem procacem facie*, id est, duram, crudellem, sæviam, quæ nullius ætatis rationem habebit. AC BARBARAM, etc.; Græc.: *Et alterius lingue, sive quæ à te lingua differat.* Cujusmodi populi barbari appellantur, quorum lingua nobis est incognita. Paulus 1 Cor. 14, 14: *Ero ei barbarus, et ipse mihi, si id quod legitur ac recitatur non intelligat.* Itaque homines alieno peregrinque sermonis genere utentes, non nostro, pro barbaris accipiunt. Moyses huiusmodi peregrinitatem barbariæque his verbis exprimit: *Cujus linguam tu non percipis ut intelligas.* Huiusmodi autem homines meritoissimè in locis degentes, instituti, lingua, moribus maxime à nobis diferentes, minus humanitatis plerumque habent quam qui isdem societatis vinculis sunt nobis conjunctores.

VERS. 16.—HOMINES QUI NEQUE SENSUS, etc.; Græc.: *Non veriti sunt senem.* Moyses: *Quæ non accipiet faciem senis, nec pueri miserebitur.* id est, quæ nulli parcat ætati. QUÆ AUTEM MOSES FUTURA PREDICIT ac denunciat, ea Baruch jam evenisse commemorat, atque ita comminationes multò ante ad casus eventusque rerum efficiēte accomodat.

VERS. 17.—EGO AUTEM QUID OPIS, etc. Post deplorationem instituit hoc loco *ἐπισημειώσεις*, in quâ fideles ac pius ad optimam spem salutis in Dei misericordiâ positam hortatur cum humili testificatione suæ inopie. Itaque huiusmodi forma orationis superiori conquestionis subjuncta gravissimam piorum et calamitosorum consolationem confirmationemque continet.

VERS. 20.—EXII AUTEM VESTEM, etc.; Græc.: *Deposui stolam pacis.* Stola vestis erat talatis ac muliebris, quam Paulus nominat *ζωνοκόμος* 1 Tim. 2, 9, genus vestis pretiosæ et honorificæ mulieribus convenientis. Huic opponit *saccum*, insigne temporis calamitatis ac luctuosi indumentum. Itaque hæc vestitū mutacione suam calamitatem humilitatemque significat; postea tamen utitur pro veste lugubri.

VERS. 25.—NAM VOS QUIDEM EMISI, etc. LOCUS consolationis ab eventu contrario ac felici, *ἀποθεωσις*; per contentionem inductus. Opposit enim reditum celerem ac felicem priori eorum transmigrationi.

VERS. 24.—UT ENIM VICINA SION. Adjungit ad locum consolationis propositum contrariam affectionem atque opinionem hominum gloriosum fidelium reditum admirandum, ac Dei bonitatem ac virtutem laudibus celebrantium. Hic locus etiam per contentionem tractatur.

VERS. 25.—FILII, PATIENTER FERTE VINDICTAM A, etc. Græc.: *Illi, æquo animo tolerate iram à Deo in vos profectam.* Vox Græcæ *μυρρημυρία* significat moderationem atque æqualem animi aut injurias aliorum leniter placidique ferentis, aut res adversas fortiter ac constanti sustinentis. Hic verbum Græcum *μυρρημυρία* significat firmam et constantem malorum perpessionem cum optima spe conjunctam. TE QUIDEM IUDICIS, etc. Alius *ἀπὸ τοῦ ἀποθέσις*, id est, vicissitudine, sive gratie relatione, quæ hostium vindicta appellatur, quibus par gratia referetur. Locus frequens apud prophetam Isaiam, 26, 6, qui ait: *pedem pauperis afflictique superbam Babylonem calcaturum.* ATQUE IMPOSITUS CERVICI, etc. Græc.: *Et super colla ejus ascendes*, id est, pede cervicem ejus concubabis: et quemadmodum is antea te crudelissimè vexavit et oppressit, ita ut pedibus collum ejus pressum teneas, aut victor victo afflictique ei insules.

VERS. 26.—DELICATI MEI PER VIAS, etc. *ἀδύνατοι*, quæ revocat in memoriam calamitatem filiorum suorum, durissimamque conditionem quâ in exilium abierant. Est autem locus auctus atque illustratus tam personæ qualitate, tum similitudine. Vocat enim filios suos *delicatos*, quibus hæc tam dura tamque inexpectata transmigrationis loquæ tam familiaris cum alieno hostileque commutatio maximo opere molesta fuit. Sed subaudienda est antithesis, quod sicut illa è patria domoque expulsi fuit acerba, ita ipsa in patriam reversio jucunda erit et optata.

VERS. 27.—QUI ENIM VOS IN HANC FORTUNAM, etc. Græc.: *Erit enim ab inducente vestri memoria*, id est, is qui hæc vobis induxit tanta mala, vestri recordabitur. LOCUS consolationis est ab unâ eademque causâ efficiēte rerum contrarium, calamitatis atque in-

colunitatis sive salutis. Deus qui fuit hujus miserimæ vestre servitutis, idem erit auctor libertatis ac salutis.

VERS. 28.—NAM QUEMADMODUM EDITIONEM, etc. Isti omnes loci tractantur per contentionem: sed iste habet huiusmodi compensationem, quâ vult pristinum eorum perfidiam in Deum insigni quâdam penitentiae conversioneque ad Deum resarciri. CONVERSI, DECIES TANTO MAGIS IPSUM, etc.; Græc.: *Decuple conversi cum quætere: aut, decuple amplius, sive decem partibus amplius, ipsum querite*: id est, majore studio et diligentia eum querite quam antè reliquistis; ut major sit vestra ad ipsum conversio quam pristina ab eo defectio.

VERS. 30.—IS ENIM A QCO ES NOMINATA, CONSOLABITUR, etc. Græc.: *Consolabitur te, quæ nominavit te*, id est, qui in hæc restitutione ac restauratione tuâ tibi nomen celebre illustreque imposuit. Propheta enim Ecclesiam alloquitur, quæ in illo exilio planè exsinita ac deleta videbatur. In tantâ calamitate ac deformitate nulla erit Ecclesiæ facies. Posteaquam est à Deo restituta, novum (ut ait Isaias) nomen ab eo accepit. Itaque videtur sumptus hic locus ex Jes. 62, 2: *Et vocabitur tibi nomen novum, quod es Domini nuncupabit.*

VERS. 31.—QUIDÆ CASU TUO LETATI SUNT, etc. Græc.: *Et gratulantes in tuâ ruinâ.* Verbum Græcum *Εὐχαίσιμα* est letari malis alienis, aliorumque calamitati insultare. Quæ affectio est malevolorum alienis incommodis gaudendum, quæ etiam malevolentia voluptatem capiens ex incommodis alteris. Itaque in prophetis sæpe minatur Deus se huiusmodi malevolentiam vindicaturum.

VERS. 34.—ATQUE EXSULTANTEM EJUS FREQUENTIAM CIRCUCIDAB, etc.; Græc.: *Et amputabo (aut rescindam) exsultationem ejus multitudinis*; id est, auferam ei eam lætitiæ et voluptatem quam ex summa suâ frequentia capit: diminuat enim eam, eamque ad interitum deducam. Hæc autem calamitatis denuntiatio facta Babyloni inimicæ civitati, non mediocre consolationem piis offert, qui ab eâ crudelissimè accepti et tractati fuerant. Itaque significat Baruch eam injuriarum acerbicetatem in ejus exilium redundaturam.

VERS. 35.—IGNIS ENIM A DEO ÆTERNO IN EAM AD MULTA TEMPORA, etc.; Græc.: *Ignis enim superveniet in eam ab Æterno ad multos dies.* Legitur et longus. Hæc comminatio sumpta est ex Jes. 15, 9, ubi propheta prædicit, descriptis Babyloni vastitatem, quæ instar subversiois Dei in Sodoma et Gomorra futura sit. Fuerunt enim hæc civitates igni vastate. Dicoque a DEMONIO HABITABITUR, etc. Item in Græco. Isaias eodem in loco imi appellat quos Baruch *dæmones* nominat. Alii *satyros* ac fœnas esse dicunt: sed quoniam eorum prestigis diabolus ad terrendos fallendosque homines abutitur, hoc nomen imi ad ipsum quod *diabolum* translatum est. Hec nomen deducitur à verbo imi, quod *terre* significat.

VERS. 36.—RESPICE AD ORIENTEM, JERUSALEM, etc.; Græc.: *Circumspice ad orientem, etc.* Hæc hypotyposis est, quâ res futura quas præsens ante oculos ponitur ad majorem confirmationem. Sic Jes. 60, 4: *Atolle*



oculos tuos per circuitum, et vide, omnes isti congregantur venientes tibi.

CASELLIO.

VERS. 5.—MONUMENTUM ISRAELIS. Posterius, in quibus Israelis nomen durat, et memoria.

VERS. 50.—IDEM TE CONFIRMAT, QUI NOMINAVIT. Curat nam quos dominarius novit, et quos novimus cognovimus.

VERS. 52.—INFELIX QUAE TUOS ACCEPTIT MATOS. Babylon.

GROTIIUS.

VERS. 1.—HIC LIBER MANDATORUM DEI, id est, sapientia illa quam omni sapientiae pretulit continetur in libro legis. QUAE EST IN AETERNUM usque ad Messiam auctorem novi saeculi. QUI TENENT EAM Pervenit ad vitam. Addidit pervenit, quod subauditur in Graeco. Vitam intelligit, felicem in lege promissam. IN MORTEM, violentam, vel immaturam.

VERS. 2.—CONVERTERE, JACOB. Ad legem illam. Ad splendorem eius CONTRA LUMEN Eius. Ubi via ab ejus luce lucret.

VERS. 5.—NE TRADAS ALTERI GLORIAM TUAM. Ne patere ab aliis gentibus laudem pietatis tibi praeperi.

VERS. 4.—QUAE QUAE DEO PLACENT MANIFESTA SUNT NOBIS. Respicitur locus Deut. 4, 7.

VERS. 5.—ANIME QUIUS ESTO. Bonam habe animam. Sic et infra 21. POPULUS DEI. Mi popule, in Graeco. MEMORABILIS ISRAEL. Graec.: Memorialis Israelis. Vos pauci, per quos memoria nominis Israelitici conservatur.

VERS. 6.—VENUDATI ESTIS CENTIBUS. Traditi, quomodo tradi res empae solent. Sic Isa. 50, 1, et 52, 5. NON IN PERDITIONEM. Non ut plane gens intereat.

VERS. 7.—IMMOLANTES DEMONIS, id est, idolis, quorum nominibus utebantur mali demones, 1 Cor. 10, 20.

VERS. 8.—ET CONTRISTASTIS NUTRICEM VESTRAM JERUSALEM. Magnorum malorum causa fuisse patrie urbi, quae hic per propositioem loquens inducitur.

VERS. 9.—AUDITE, CONFINES SION. Vos urbes circa Hierosolyms. Sic et infra 24.

VERS. 10.—CAPTIVITATEM POPULI MEI. Illos qui abducti cum Jechonia.

VERS. 12.—ET DESOLATAM A MULTIS. Nempe civibus. Sic distinguuntur haec verba in Graeco.

VERS. 14.—VENIANT CONFINES SION, ET MEMORENTUR. In Graeco à tertia persona transitur ad secundam. *μνησθητες*, id est, expendite animis. Usurpatur enim et de rebus praesentibus, ut Sirach. 7, 38, et alibi.

VERS. 15.—CENTEM IMPROBAM, IMPUDENTEM, EX DEUT.

CAPUT V.

1. Exue te, Jerusalem, stolam luctus et vexationis tuae: et indue te decore, et honore ejus, quae à Deo tibi est, sempiternae gloriae.

2. Circumdabit te Deus diploide justitiae, et imponet mitram capiti honoris aeterni.

3. Deus enim ostendit splendorem suum in te, omni qui sub caelo est.

28, 50, ET ALTERIUS LINGUAE, Peal. 81, 5, et 114, 1; Isa. 28, 11.

VERS. 16.—QUI NON SUNT REVERTITI SENEM, NEQUE PUERORUM MISERTI SUNT. Ex Deut. 28, 50; Thren. 4, 16, et 5, 12; Ezech. 9, 6. ET ABDOXERUNT DILECTOS VIDUAE. Jer. 15, 8. ET A FILIIS UNICAM DESOLAVERUNT. Ex *filiabus orbantur solitariam*; id est. eam quae illis abductis sola relinqueretur.

VERS. 17.—EGO AUTEM QUID POSSEM ADJUVAE VOS? Oratio valde pathetica, et ob quam vel solam dignus fuit hic liber qui servaretur.

VERS. 19.—AMBULATE, FILII, AMBULATE. Ite, ite in oras externas.

VERS. 20.—EXUI ME STOLA PACIS, veste temporis prosperi.

VERS. 22.—A SANCTO. Eximie hoc nomen Deo tribuitur, ut Sirach. 48, 23, sic et infra 37. QUAE VENIET VOBS AB AETerno SALUTARI NOSTRO, id est, ab ipso. Mos Hebraeis nomina ponendi pro pronominibus. Vide et infra 37.

VERS. 25.—VIDEBIS PERDITIONEM IPSIUS. Gentis Chaldaeae per Cyrum. Vide et infra 31.

VERS. 26.—DELICATI MEI AMBLAVERUNT VIAS ASPERAS, id est, qui ante delicatam educationem fuerunt. Vide Deut. 28, 54, 56, Isa. 47, 1, 8, ubi edam quae hic vox Graeca.

VERS. 27.—ERIT ENIM MEMORIA VESTRA AD EO QUI DUXIT VOS. *Erit vestri memoria apud eum qui haec vobis induxit. Inducere, et inde inducto, voces frequentes in malorum descriptione.* Sic et infra 29.

VERS. 29.—SEMPITERNAM JUVENTUTEM, diuturnam.

VERS. 30.—EXHORTATUR ENIM TE QUI TE NOMINAVIT. *Consolabitur te qui nomen tibi dedit.* Vide supra 2, 15.

VERS. 31.—NOCENTES PERIBUNT QUI TE VEXAVERUNT. Graec.: *Miseri (nempe erunt) qui te vexaverunt.* Idem adjectivum his postea in Graeco repetitur; pro quo Latinus posuit *punientur*.

VERS. 52.—ET QUAE ACCEPTIT FILIOS TUOS, Babylon, quo primum adveci, distributi deinde in alia loca.

VERS. 34.—ET AMPUTABITUR EXULTATIO MULTITUDINIS EJUS. *Auferam et exultationem de populi frequentia.* Et gaubionem ejus erit in luctum; Graec., *jaclatio ejus*.

VERS. 35.—IGNIS ENIM SUPERVENIET EI. Dei ira, quae sub ignis nomine describitur Deut. 4, 24, et apud prophetas saepe. ET HABITABITUR A DEMONIS. Secutus est hic scriptor Graecam versionem, quae est Isa. 13, 21.

VERS. 37.—VENIUNT COLLECTI AB ORIENTE. Babylonicum et Persicum postea imperium, Judaeae partem ad septentrionem, partem ad orientem.

CHAPITRE V.

1. Quittez, ó Jerusalem! les vêtements de votre deuil et de votre affliction, et parez-vous de l'éclat et de la majesté de cette gloire éternelle qui vous vient de Dieu.

2. Le Seigneur vous revêtira de justice comme d'un double vêtement, et il vous mettra sur la tête un diadème d'éternelle gloire.

3. Dieu fera luire aux yeux de tous les hommes qui sont sous le ciel la lumière éclatante qui'll mettra en vous.

4. Nominabitur enim tibi nomen tuum à Deo in sempiternum: Pax justitiae, et honor pietatis.

5. Exurge, Jerusalem, et sta in excelso: et circumspice ad orientem, et vide collectos filios tuos ab oriente usque ad occidentem, in verbo Sancti gaudentes Dei memoria.

6. Exierunt enim abis te pedibus ducti ab inimicis: adducet autem illos Dominus ad te portatos in honore sicut filios regni.

7. Constituit enim Deus humiliare omnem montem excelsum, et rupes perennes, et convallas replere in aequalitatem terrae: ut ambulat Israel diligenter in honorem Dei.

8. Obumbraverunt autem et sylvae, et omne lignum suavitatis Israel ex mandato Dei.

9. Adducet enim Deus Israel cum juvenitate in lumine majestatis suae, cum misericordiâ et justitiâ quae est ex ipso.

BADVELLUS.

VERS. 1.—EXUE VESTEM LUCTUS, ATQUE, etc.; Graec.: *Exue, Jerusalem, vestem luctus, et iniquitatis tuae.* Exhortatio est hoc capite instituta, in qua propheta Ecclesiam afflictam et lugentem consolatur, eamque ad letitiam cohortatur. Quod argumentum ab Isaia cap. 60, 13, et c. 62, copiosissime tractatur. Vestitus autem mutatione melior atque optabilior ejus conditio et fortuna demonstratur. Haec sumpta sunt ex Jes. 62.

VERS. 2.—VESTI TE DIPLOIDE, etc.; Graec.: *Indue diploidem (sive pallium) justitiâ à Deo in te collata.* Justitia hoc loco accipitur pro misericordiâ quae Deus Ecclesiam suam est persecutus. Cùm enim Deus suos ab oppressione assentit cum pernicie inimicorum atque oppressorum, in eo se justum misericordemque ostendit. MITRAM. Mitra ornamentum est capitis muliebri, ex qua fasciole dependebant. Itaque pro *diadmate coronâque* accipitur: et hoc loco mitra gloria à Deo capiti imposita dicitur.

VERS. 3.—OMNI NATIONI QUAE, etc. Graec.: *Omni sub caelo (sub terra aut genti) splendorem tuum ostendet.* Sic Isaia 60, 4, his verbis eam hortatur: *Splendescet, quoniam venit lux tua, et gloria Domini super te oritur.*

VERS. 4.—NAM NOMEN TIBI AB EO TRIBUETUR, etc. Graec.: *Nomen enim tuum vocabitur à Deo in aeternum, et eris in excelsis, pax justitiae, et gloria pietatis.* Namine pacis videtur significare incolumitatem salutemque Ecclesiae misericordiâ Dei restituta; cui adjungit illudstem Deum cultum, qui pietas et religio aut timor Dei appellatur. Hic enim est finis Ecclesiae liberatae ac servatae, ut saluti ac paci restituta Deum pie colat; sicut dicit Zacharias Luc. 4, 74: *Ut redempti de manu inimicorum, sine timore serviamus ei in sanctitate et justitiâ omnibus diebus vitae nostrae.* Haec promissio est amplissima.

VERS. 5.—EXCITARE, JERUSALEM, etc.; Graec.: *Surge, Jerusalem, et sta in alto: aut edito, sub loco.* Haec oratio est *πορπητικὴ, καὶ παρακλητικὴ*, sumpta ex Jes.

4. Car voici le nom que Dieu vous donnera pour jamais: la paix de la justice, et la gloire de la piété.

5. Levez-vous, ó Jérusalem! tenez-vous en haut; regardez vers l'orient, et considérez vos enfants, qui viennent tous ensemble à la parole du Saint, depuis l'orient jusqu'à l'occident, étant pleins de joie dans le souvenir de Dieu.

6. Lorsqu'ils sont sortis de vous, ils ont été emmenés à pied par leurs ennemis; mais lorsque le Seigneur les fera revenir, ils seront portés avec honneur, comme des enfants destinés à un royaume;

7. Car le Seigneur a résolu d'abaissier toutes les montagnes élevées et les roches diemelles, et de remplir les vallées, en les égalant à la terre unie, afin qu'Israël marche avec vitesse pour la gloire de son Dieu.

8. Les forêts mêmes, et tous les arbres odoriférants, feront une ombre agréable à Israël par l'ordre de Dieu;

9. Car Dieu fera venir Israël avec joie sous la conduite de la lumière de sa majesté, et en faisant éclater la miséricorde et la justice qui viennent de lui-même.

COMMENTARIUM.

52, 2, ubi propheta populum afflictum et jacentem in illo exilio excitat atque erigit, vocans illum è miserrimo statu ad beatum ac felicem: *Exsurge, exsurge, inquit, Sion, et indue vestem fortitudinis tuae et pulchritudinis, excute te de pulvere, consurge ac sede, explica te de vinculis colli tui, ó capitula.* GAUDENTES IN VERBO DEI MEMORIAM SANCTI CELEBRANTES. Graec.: *Verbo Dei laetantes memoria Sancti.* Ablativus prior potest conjungi cum participio *congregati sive collecti*, quemadmodum quidam conjungunt. Posterior memoria Dei cum participio *gaudentes* conjungitur. Significat enim causam veri gaudi nomen Domini, ejusque memoriam, cujus gratia ac misericordiâ memores piâ sanctaeque letitia afficiuntur.

VERS. 6.—EGRESSI ENIM SUNT ABS TE, etc. Graec.: *Exierunt ex te pedites.* Haec est antithesis, in qua ita confert calamitosam ipsorum migrationem cum gloriosa reversione ut dissimilem conditionem fortunamque ostendat. Itaque *ἀπὸ τῶν τοῦ* mihi videtur intelligere quasi sublato evectoque in equis aut curribus, cum summa dignitate et gloria, quae filios regum principumque deceat. Ita si abducti sunt ab hostibus captivi cum ignominia, à Deo cum maximo honore redeuntur.

VERS. 7.—CONSTITUIT ENIM DEUS MONTES, etc. Vastum erat desertum inter Judaeam et Babylonem, summamque itineris asperitas ac difficultas, quae intercludere reditum populi videbatur. Itaque ut omnis dubitatio expiorum animis tollatur, dicit Deum omnia impedimenta sublaturum, omniaque quae aspera esse videbantur ita commutatorem ut ad eorum iter plana, expedita et accommodata sint. Haec autem promissio de itineris commoditate summam facilitate redditus videtur sumpta esse ex Jes. 40, 3, ubi Deus jubet hanc consolationem ad populum suum afferri: *Vox clamantis in deserto: Parate viam Domino, planam facite semitam Deo nostro. Exaltetur omnis vallis: omnis vero mons et collis dejiciatur: quod curvum est fiat rectum, et praerupta (aut confragosa) complantentur.* Quamvis enim propheta alias difficultates respiciat,



tamen non dubium est, quin etiam ad illam intermedie solitudinis vastitatem prophetiam suam accommodet. CONFLERE IN EQUABLEM, etc.; Græc.: *Implere valles ad aquandam terram.* Inæquabilem enim et præruptam terram faciunt montium altitudo et summissio dejectioque vallium; itaque illa tum in planitiem exaquantur cum montes deprimuntur et valles complentur atque extolluntur. Ut ISRAEL TETUM ITER CUM GLORIA DEI HABEAT. Græc.: *Ut eat Israel tutò glorià Dei,* id est, sine illo periculo, in quo glorià Dei conspicietur sive (ut ait Isaias) revelabitur.

VERS. 8. — ARBORESQUE ODORE SUAVISSIMO, etc. Græc.: *Et omne lignum fragantia,* id est, suavem spirans odorem. Lignum autem dicit more Hebræorum, à quibus *heta pro arbore* accipitur et dicitur. Quidam codices legunt *omnis arbor suavè olens.* SUAM ISRAEL UMBRAM PRÆBERUNT A DEO, etc.; Græc.: *Obumbrârunt Israel em mandata Dei.* Quidam codices legunt *exaltârunt,* quemadmodum Psal. 114, 4, dicit *montes subsistisse tanquam arietes,* cum populus ex Ægypto educeretur. Sed altera lectio de *umbrâ sylvarum* mihi magis placet. Nam in primâ illâ redemptione nubes opaca populo adversus solis ardorem commodum iter præbuit, ita sylvæ et arbores eandem itineris commoditatem exhiberunt.

VERS. 9. — ET EA JUSTITIA CŒUS, etc.; Græc.: *Et justitiâ que est ab ipso,* id est, que ab eo profecta erga populum suum cognoscatur, in quo justitia et misericordia, ut idem propè significantia, conjunguntur.

## CASTELLIO

VERS. 6. — SUBLIMIS. Honorificè gestatos.

## GROTHUS

VERS. 1. — INDEU TE DECORE ET HONORE. Lævis vestibus : de quibus supra, 4, 20.

## CAPUT VI.

Exemplar epistolæ quam misit Jeremias ad abduendos captivos in Babyloniam à rege Babyloniorum, ut annuntiaret illis secundum quod præceptum est illi à Deo.

1. Propter peccata, quæ peccastis ante Deum, abducemini in Babyloniam captivi à Nabuchodonosor rege Babyloniorum.
2. Ingressi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis, et temporibus longis, usque ad generationes septem : post hoc autem educam vos inde cum pace.
3. Nunc autem videbitis in Babylonâ deos aureos, et argenteos, et lapideos et ligneos, in humeris portari, ostentantes metum gentibus.
4. Videte ergo ne et vos similes efficiamini factis alienis, et metuatis, et metus vos capiat in ipsis.
5. Visa itaque turba de retro, et ab ante, adorantes, dicite in cordibus vestris : Te oportet adorari, Domine.
6. Angelus enim meus vobiscum est : ipse autem exquiram animas vestras.
7. Nam lingua ipsorum polita à fabro : ipsa etiam

VERS. 2. — DIPLIOIDE JUSTITIE. Ex Job. 29, 14, *diploides* in his libris vestes suffragæ pellibus aut re aliâ. Respondet plerumque Hebræo *mei* que vestis regni et prophetarum. Justitiâ ita orabit urbem ut matronas diploides. ET IMPONET MITRAM CAPITI TŒO HONORIS ÆTERNI. Bona fama erit pro mitra; quæ matronarum capita ornabantur, Ezech. 26, 16, in Græco Judith. 46, 6.

VERS. 4. — PAX JUSTITIE. Quia pax justitiam sequitur, Psal. 85, 10. ET HONOR PIETATIS. Pietatem sequitur bona fama. Nomina hæc significant elogia, que meritò et dari poterant. Sic et Isa. 1, 26, et 61, 5.

VERS. 5. — ET CIRCUMSPICE. Repetitur ex his que supra 4, 26. GAUDENTES DEI MEMORIA. Deum commemorando.

VERS. 6. — EXIERUNT ENIM ADS TE PEDIBUS DUCTI AB INIMICIS. Acti ut pedibus irent. PORTATOS IN HONORE Sicut filios regni. In corticis et lecticis, quomodo vectari solent viri è regio genere. Idem sensus Isa. 49, 22.

VERS. 7. — CONSTITUIT ENIM DEUS HUMILIARE OMNEM MONTEM EXCELSUM ET RUPES PERENNES, ET CONVALLIS REPLERE IN ÆQUALITATEM TERRE. Isa. 40, 4. Vide que dicta ad Luc. 3, 4. UT ARBUSET ISRAEL DILIGENTER. Græc., *securè.*

VERS. 8. — OBUMBRABERUNT AUTEM ET SYLVÆ. Legit *Obumbraverunt* pro quo nos habemus *subsistârunt*; ut solet fieri curribus prætervehentibus. Ex Psal. 96, 12.

VERS. 9. — ADDUCET ENIM DEUS ISRAEL. Græc.: *Ducetur autem populus Israel.* CUM MISERICORDIA ET JUSTITIA QUE EX IPSO EST. Per Dei misericordiam æ bonitatem talia procurantem.

## CHAPITRE VI.

Copie de la lettre que Jérémie envoya aux captifs que le roi des Babyloniens devait emmener à Babylone, pour leur annoncer ce que Dieu lui avait ordonné de leur dire.

1. Vous serez emmenés captifs à Babylone par Nabuchodonosor, roi des Babyloniens, à cause des péchés que vous avez commis devant Dieu.
2. Etant donc entrés à Babylone, vous y serez long-temps et pendant plusieurs années, jusqu'à sept générations; après cela je vous en ferai sortir en paix.
3. Mais maintenant vous verrez à Babylone des dieux d'or et d'argent, de pierre et de bois, que l'on porte sur les épaules, et qui se font craindre par les nations.
4. Prenez donc bien garde à ne pas imiter la conduite de ces étrangers, à ne point craindre ces dieux, et à ne pas vous laisser surprendre par cette frayeur.
5. Lorsque vous verrez une foule de peuple devant et derrière, qui adore ces dieux, dites en votre cœur: C'est vous, Seigneur, qui il faut adorer.
6. Car mon ange est avec vous, et je serai moi-même le défenseur et le vengeur de votre vie.
7. La langue de ces idoles a été taillée par le sculpteur, celles mêmes qui sont couvertes d'or et

inaurata et inargentata, falsa sunt, et non possunt loqui.

8. Et sicut virgini amanti ornamenta : ita accepto auro fabricati sunt.

9. Coronas certè aureas habent super capita sua dii illorum : unde subtrahunt sacerdotès ab eis aurum et argentum, et arrogant illud in semetipsis.

10. Dant autem et ex ipso prostitutis, et meretricibus ornant : et iterum cum receperint illud à meretricibus, ornant deos suos.

11. Hi autem non liberantur ab ærgine et tinea.

12. Operis autem illis veste purpureâ, extergunt faciem ipsorum propter pulverem domus, qui est plurimus inter eos.

13. Sceptrum autem habet ut homo, sicut judex regionis, qui in se peccatorem non interficit.

14. Habet etiam in manu gladium et securim : se autem de bello et à latronibus non liberat : unde vobis notum sit, quia non sunt dii.

15. Non ergo timeritis eos : sicut enim vas hominis contrafactum inutile efficitur, tales sunt et dii illorum.

16. Constitutis illis in domo, oculi eorum pleni sunt pulvere à pedibus introeuntium.

17. Et sicut alicui regem offendit, circumsepta sunt janua, aut sicut ad sepulcrum adductum mortuum : ita tutantur sacerdotès ostia clausuris et seris, ne à latronibus exposuerint.

18. Lucernas accendunt illis, et quidem multas, ex quibus nullam videre possunt; sunt autem sicut trabes in domo.

19. Corda verò eorum dicunt elingere serpentes, qui de terrâ sunt, dum comedunt eos; et vestimentum ipsorum, et non sentiunt.

20. Nigre fiunt facies eorum à fumo, qui in domo fit.

21. Supra corpus eorum et supra caput eorum volant noctuæ, et hirundines, et aves etiam similiter et calce.

22. Unde sciatis quia non sunt dii; ne ergo timeritis eos.

23. Aurum etiam quod habent, ad speciem est : nisi aliquis exterserit ærginem, non fulgebunt; neque enim dum conflarentur sentiebant.

24. Ex omni pretio empta sunt, in quibus spiritus non inest ipsis.

25. Sine pedibus in humeris portantur, ostentantes ignobilitatem suam hominibus : confundantur etiam qui colunt ea.

26. Propterea si ceciderint in terram, à semetipsis non consurgunt : neque si quis cum statuerit rectum, per semetipsum stabit : sed sicut mortuis munera eorum illis apponuntur.

27. Hostias illorum vendunt sacerdotès ipsorum, et abutuntur : similiter et mulieres eorum deceptentes, neque infirmo, neque mendicanti aliquid imperiunt.

28. De sacrificiis eorum fetæ et menstruatæ con-

ferunt : d'argent n'ont qu'une fausse apparence, et elles ne peuvent point parler.

8. Comme on fait des ornemens à une fille qui aime à se parer; ainsi, après avoir fait ces idoles, on les pare avec de l'or.

9. Les dieux de ces idolâtres ont des couronnes d'or sur la tête; mais leurs prêtres en retirent l'or et l'argent, et s'en servent eux-mêmes.

10. Ils donnent de cet or à des impudiques, et ils en parent des prostituées; après que ces mêmes prostituées leur ont redonné, ils en parent encore leurs dieux.

11. Ces dieux ne sauraient se défendre ni de la rouille ni des vers.

12. Après qu'ils les ont revêtus d'un habit de pourpre, ils leur nettoient le visage; à cause de ces mêmes poussières qui s'élève au lieu où ils sont.

13. L'un porte un sceptre, comme un homme, comme un gouverneur de province; mais il ne saurait faire mourir celui qui l'offense.

14. L'autre a une épée et une hache à la main; mais il ne peut s'en servir pendant la guerre, ni s'en défendre contre les voleurs; ce qui vous fait voir que ce ne sont point des dieux.

15. Ne craignez donc point ces dieux des nations; car ils sont semblables à un pot de terre, qui, ayant été cassé, n'est plus bon à rien.

16. Après qu'on les a placés dans une maison, la poussière qui s'élève des pieds de ceux qui y entrent leur couvre les yeux.

17. Et comme un homme qui a offensé un roi, est renfermé sous beaucoup de portes, et un mort dans son sépulcre; ainsi les prêtres de ces dieux les renferment sous beaucoup de serrures et de verrous, de peur que les voleurs ne viennent les emporter.

18. Ils allument devant eux des lampes, et en grand nombre; mais ces dieux ne peuvent en voir aucune; et ils sont comme des poutres dans une maison.

19. Ils disent que les serpents nés de la terre leur léchent le cœur, lorsqu'ils les rongent effectivement, eux et leurs habits, sans qu'ils le sentent.

20. Leurs visages sont noircis par la fumée qui s'élève dans la maison où ils sont.

21. Les hiboux, les hirondelles et les autres oiseaux volent sur leurs corps et sur leurs têtes, et les chats y courent aussi.

22. Reconnaissez donc que ce ne sont point des dieux; et ne les craignez point.

23. Aussi l'or qu'ils ont n'est que pour l'apparence, si on n'en ôte la rouille, ils ne brilleront point; et lorsqu'on les a jetés en fonte, ils ne le sentaient point.

24. On les a achetés à grand prix, quoiqu'il n'y ait point de vie en eux.

25. Comme ils n'ont point de pieds, ils sont portés sur les épaules, et ils font voir eux-mêmes devant tout le monde leur honteuse impuissance; que ceux qui les adorent sont couverts de confusion.

26. S'ils tombent aussi en terre, ils ne se releveront pas eux-mêmes; et si on ne les redresse, ils ne se tiendront pas sur leurs pieds; mais il faut leur apporter, comme à des morts, les dons qu'on leur offre.

27. Leurs prêtres vendent leurs hosties, et en disposent comme il leur plaît; leurs femmes en prennent aussi tout ce qu'elles veulent sans en rien donner aux pauvres et aux mendians.

28. Les femmes touchent à leurs sacrifices, étant grosses et dans leurs infirmités mensuelles. Puis donc